

jestas divina ipsa, aliud ejus possessio & usurpatio. Non illam, sed hanc d. l. asserimus ex *Coloff. II. 9. 2.*) Distinguo inter omnipotentiam & infinitatem. Illa de humana Christi natura, non haec in F.C. dicuntur. Omnipotentia enim (ejusque similia idiomata, omnipræsentia &c.) sunt attributa divina ἐνεγνηκα, quæ communicantur quod usurpationem & possessionem simul, ideoque prædicantur in concreto immediate de subiecto participante, ut dicamus; Humana Christi natura est omnipotens, omnipræsens &c. Infinitas vero est attributum ἀνεγντο, quod (ut reliqua sui similia, independentia, æternitas &c.) communicatur non quoad usurpationem sed possessionem tantum, ideoque;

H 6

de